

NOTA A LA POESÍA LATINA DEL HUMANISTA EXTREMEÑO DIEGO LÓPEZ: LA *EPISTOLA DE LAUDIBUS VALENTIAE ORDINIS ALCANTARENSIS* Y OTROS TEXTOS

Dentro de la obra impresa de Diego López de Valencia de Alcántara existe una parcela que por exigua no deja de ser merecedora de un conocimiento mínimo. Nos referimos, en concreto, a su producción poética, toda ella en lengua latina. Si es poco lo que se ha escrito sobre este autor, nada se ha dicho aún sobre su poesía¹, por ello precisamente nos aventuramos con este artículo a ofrecer una modesta nota bibliográfica y textual, sin otra pretensión que la de establecer el punto de partida de estudios posteriores. En este sentido, nos limitamos a dar cuenta de los resultados de la inevitable investigación bibliográfica previa, reproduciendo los textos correspondientes a las obras manejadas, sin alterar la lectura proporcionada por los impresos consultados y sin añadir el deseable aparato de fuentes, aunque modernizamos la grafía y numeramos los versos. Quede claro, pues, que el objeto de esta publicación no es otro que el de presentar en un *corpus* único la totalidad de la poesía latina de Diego López, al menos la conocida, indicando algunas de sus características externas: soporte material, localización, ...

Siguiendo un criterio cronológico distribuimos la obra poética de Diego López en tres capítulos:

- I. 1617. En este año Diego López publica una *Epistola* dirigida, al igual que la breve composición que la precede, a Fernando Carrillo Chumacero.
- II. 1633. En los preliminares de la *Historia de la ciudad de Mérida* de Bernabé Moreno de Vargas aparece una composición de Diego López.
- III. 1637. Diego López publica un volumen, hoy perdido, en el que entre otras composiciones de menor relieve se incluye la *Daphnis ectoga* en homenaje al Brocense, su «maestro salmantino»².

¹ Hacemos excepción de la Tesis de Licenciatura presentada en la Universidad de Valladolid por José Antonio Izquierdo Izquierdo, resumida por el autor en la comunicación leída en el VII *Congreso Español de Estudios Clásicos* con el título: «Diego López, traductor de Virgilio: Aproximación a un alumno del Brocense». Un acercamiento al Diego López gramático puede verse en Luis Merino Jerez, «Diego López o la presencia de *La Minerva* en el Arte reformado de Nebrija», *Actas del Simposio IV Centenario de la Publicación de la Minerva del Brocense (1587-1987)* (en prensa).

² Cfr. José Antonio Izquierdo Izquierdo, art. cit. (en prensa).

I

De las obras conservadas la más importante, por extensión y aspiraciones literarias, es, sin duda, la *Epistola* que Diego López dirige al licenciado Fernando Carrillo Chumacero en loa de su patria común: *De laudibus Valentiae Ordinis Alcantarensis Didaci Lopez Epistola*. Se trata de una obrita de la que Antonio Palau y Dulcet afirma: «Opúsculo raro que sólo menciona Barrantes»³. En efecto, tal es la rareza de esta obra que incluso José Simón Díaz en su voluminosa *Bibliografía de la literatura hispánica* opta por no citarla siquiera, bien por carecer de otros datos, bien por desconocer la existencia de ejemplar alguno, cuando menos en las bibliotecas de las que se nutre su repertorio⁴. Todo ello a pesar de estar incluida ya desde Nicolás Antonio en la bibliografía de Diego López⁵. Sin embargo, no ha llegado aún el momento de lamentar su pérdida, pues el avezado bibliófilo que fue Antonio Rodríguez Moñino adquirió un ejemplar que conserva hoy en Depósito con la signatura SI/ 10702 la Biblioteca Pública de Cáceres⁶.

La descripción de dicho ejemplar es la que sigue: Ad Licentiatum / Dominum Ferdinandum Carrillo Chuma- / cero Regium Consiliarium in foro Regio / Vallisoletano de Laudibus Valentiae / Ordinis Alcantarensis Dicaci / Lopez Epistola.

Excudebat Ioannes a Mongaston / Najerae anno 1617.

Por carecer de portada tomamos el título del encabezamiento que precede a la *Epistola*. Del colofón obtenemos impresor, lugar y año⁷. Es un volumen en 8º, con ocho folios sin paginación, foliación o numeración tipográfica. En los márgenes laterales abundan anotaciones de determinados pasajes. En el margen superior leemos: *Epistola de laudibus patriae nostrae*. Comprende un total de 407 versos, todos, excepto uno, hexámetros⁸.

Precede a la *Epistola* en cuestión una breve salutación en ocho dísticos elegíacos dirigida por Diego López a Fernando Carrillo Chumacero. En los dos últimos versos de esta composición preliminar el autor advierte a su corresponsal que

³ Antonio Palau y Dulcet, *Manual del librero hispano-americano*, Barcelona, Librería Palau, tomo IV (1924), p. 255. Misma afirmación en la segunda edición corregida y aumentada del *Manual*, Barcelona, Librería Palau, tomo VII (1954), p. 610. Se refiere a Vicente Barrantes y Moreno, *Apartado bibliográfico para la historia de Extremadura*, Madrid, Pedro Núñez, tomo III (1877), p. 103, donde ofrece una breve noticia de esta obra.

⁴ José Simón Díaz, *Bibliografía de la literatura hispánica*, Madrid, C.S.I.C., Instituto «Miguel de Cervantes», tomo XIII (1984), pp. 374-377.

⁵ Nicolás Antonio, *Biblioteca hispana nova*, Torino, Bottega D'Erasmus, tomo I, (1963), p. 294 (reed.).

⁶ Dicho Depósito constituye una selecta colección de obras de una Biblioteca Extremeña ideal. Además de la *Epistola* aquí mencionada, Antonio Rodríguez Moñino logró reunir numerosos ejemplares de obras «extremeñas», entre ellas, las de humanistas tales como Francisco Sánchez de las Brozas, Arias Montano, Gonzalo Correas y el propio Diego López.

⁷ Diego López, *Epistola*, f. [1] r y [8] v.

⁸ Diego López, *op. cit.*, f. [4] r, verso 154: *Qualis erit miles?*

La *Epistola* ocupa la práctica totalidad de las planas del volumen, extendiéndose desde el f [1] v al [8] v.

en los versos siguientes, junto al elogio de la patria común, encontrará la alabanza de su propio linaje⁹. A decir verdad, tan abundantes y desmedidas son las referencias encomiásticas a los hermanos Carrillo que con razón puede afirmarse que en modo alguno el título de la *Epistola* hace justicia plena al contenido de la misma¹⁰.

Reproducimos a continuación el texto íntegro de ambas composiciones:
 LICENTIATO / D. FERDINANDO CARI- / llo Chumacero Regio Consiliario
 / in Foro Regio Vallesoletano / Didacus Lopez salutem / pluriman, vitamque / exoptat.

Versibus incomptis cum quondam arriseris, ecce
 nunc alios mitto, quos precor ipse legas.
 Corrige Carrillo, tua docta litura placebit,
 sis et Aristarchus, carmina tolle ueru.
 5 Ore cothurnatus tu a cunctis diceris uno,
 unde tibi assurgunt Tullius, atque Maro.
 Carmine nanque uales multum, et sermone soluto,
 et lingua multum, multaque corde sapis.
 Ipse secas uolitans alte tanquam aera falco,
 10 semper ego serpo, ut graculus, anas.
 Ergo quae mitto, et misi quae carmina quondam,
 ornat, et ornauit crassa Minerua mea.
 Ast haec, illa etiam, si tu respexeris, ipse
 non fore diffidam carmina digna legi.
 15 Respice, nam patriae laudes, laudesque tuorum
 inuenies, quibus est debita origo tua.

AD LICENTIATUM / Dominun Ferdinandum Carrillo Chuma- / cero Regium
 Consiliarium in foro Regio / Vallisoletano de laudibus Valentiae / Ordinis Al-
 cantarensis Didaci / Lopez Epistola.

Dum pensas aequo, Carrillo, examine leges,
 atque suum tribuis nullo discrimine cuique,
 dum populos audis solis atque auribus absque
 affectu constans, rationem iuris habendo,
 5 haec ego composui, quae nunc tibi carmina mitto.
 Musae ne moueant cantus, Helicon recludent,
 tu sait ad uires dandas in carmina uates.

⁹ Diego López, *Op. cit.*, f [1] r, versos 15-16.

¹⁰ Diego López, *Op. cit.*, versos 1-7, 48-50, 71-77... Los hermanos de Fernando son Juan y Antonio Chumacero de Sotomayor, según se desprende de la epistola-dedicatoria que Diego López dirige al primero de ellos en los preliminares de su *Commento en defensa del libro quarto del Arte reformado de Nebrissa*, Salamanca, en casa de Antonia Ramirez, 1610, ff. [4-5]: «Al licenciado Don Iuan Chumacero de Sotomayor, Collegial del insigne Collegio Viejo de S. Bartholome, y Cathedratico de Volumen en la insigne Universidad de Salamanca [...] En la qual mostró siempre el gran valor de su persona, dando perpetuo nombre de nuestra patria, la qual de presente tiene puestos los ojos en v. m. y en sus hermanos Don Fernando Carrillo Chumacero, Collegial del Collegio mayor del Arçobispo y en Don Antonio Chumacero de Sotomayor, Collegial del Collegio mayor de Cuenca, los quales resplandecen en virtud, y letras tanto como es notorio en essa insigne Universidad, en la qual nunca se han visto en un proprio tiempo tres hermanos en tres Collegios tan insignes [...]».

Illis inuptae non dicam Palladis urbem,
 non Baccho insignes Thebas, non Thessala Tempe,
 10 alter Scipiadas referat, duo fulmina belli,
 Tarquinius reges expulsos Vrbe superbos,
 et fasces tinctos natorum sanguine Bruti,
 quos pater infelix pro libertate peremit,
 ut primum reges mutauit fascibus ipse.
 15 Fabricium, Scauros, referentem signa Camillum,
 pro patriae Decios Romaeque salute peremptos,
 dum mihi fas patriae communis dicere laudes.
 Moenia prima uetus Romus signauit aratro
 illius, et muros, et pulchram condidit arcem.
 20 Agros perpingues patriae diuisit arandos
 Brutus militibus pastoris signa sequutis
 Hesperii, magnae uires dum contudit Vrbis.
 Hic, si seruassent nobis crudelia fata,
 et ni Parca ferox rupisset stagmina uitae,
 25 figere sperarat media uexilla Suburra,
 audax nanque aquilas pastor tremefecit Iberus,
 et Roman rerum dominam, gentemque togatam,
 inferias multos Romanos misit et umbris
 nostrorum, Latio maduerunt sanguine campi
 30 quando, et scuta uirum, galeas uoluere sub undis
 littora, quae effuso spumarunt sanguine multo.
 Hic albus Zephyrus detergit nubila coelo,
 soluitur acris hyems, stabulis armenta morantur
 nunquam, sed potius per Syluas tempore brumae
 35 errant, in patria non albent prata pruinis,
 nec niuis et ueteres agitantur pondere quercus,
 nec glacies stringit campos, soluuntur ubique,
 sunt uincti fluuiique niuali compede nunquam.
 Lampade Phoebus equis patriam nam uectus anhelis
 40 lustrat, nouerunt et totam sidera lucem.
 Pulchra suos Cytherea choros et ducere posset
 semper, quam Charites nudaе comitantur euntem.
 Non procul hinc absunt (sic illos nomine dicunt)
 Elysii campi, ueterum sedesque beatae.
 45 Haec alit atque uiros, quorum sunt nomina nota.
 Quis nescit patrios Daluas, Dacosque, Leones?
 Quis male Donatos? Ceuallos? atque Coraxos?
 Istos est praeter clarissima turba uirorum,
 nomina Carrillo quorum percurrere possem,
 50 si tua lingua mihi, si uox tua ferrea, nanque
 sunt multi, quibus Hetruscum contigeret aurum,
 et praetexta simul, Laribus suspendere bullam
 et possent, lunam nigrae subtexere alutae
 appositam, uestes praecingeret aurea more
 55 fibula Cecropioque cicadae dente tenacis.
 Est mater cuiusque grauis, iucunda, benigna,

- pulchraque, grata uiro, prudens, studiosa suorum,
 et faecunda ualet carum retinere maritum,
 moribus, et uita splendet, uirtute, lepore,
 60 Tyndarida exuperat forma, uirtuteque, nanque
 distat ab hac tantum, quantum scis aera lupinis.
 Immemor illa uiri, regnique oblita suorum
 pastorem sequitur, quam Graecia tota requirit
 militibus multis, instructis mille carinis.
 65 Causa mali tanti crudelia bella per annos
 differet atque decem, subuertet Pergama Troiae,
 fumabunt et humo Neptunia moenia tandem.
 Matres non horum uincit Cornelia mater
 Gracchorum, uictum iactet licet esse Syphacem,
 70 Annibalemque, mora Fabius quem uicerat ante.
 Chumaceros patriae clarissima lumina linquam?
 Et fratres Carrillo tuos, mea pignora cara?
 Immortalis erit per secula gloria uestra,
 tempus enim nullum memori uos eximet aeuo.
 75 Praeclarum uestri nomen genitoris ubique
 personuit, cuius sequeris uestigia clara,
 et fratres tecum non inferiora sequuntur.
 Ille fuit sapiens, prudens, et prouidus, aequus,
 consiliisque uigens, fama super aethera notus,
 80 Caesarei uitae servator iuris et omni
 tempore, cautus erat, uixit sub rege Philippo,
 inuentus cuius similis non alter in orbe,
 et fuit hic primo sine dictus in orbe SECUNDVS.
 Hic in consilium genitorem adhibere solebat,
 85 et maiora illi grauior aequae tradere semper,
 constabat regi manibus quem uiuere puris,
 dicebatur enim truncas habuisse, parentis
 Malluuium in tumulo ponatur, et urceus, ergo.
 Vt poma arboribus decus ut pulcherrimus annus
 90 est decus atque aruis, sic tu cum fratribus ingens
 es patriae nostrae iactanti talis alumni.
 Omnes tres celebrat Salmantica, totus et orbis,
 quos uidit toties redimitos tempora lauro.
 Elatosque humeris, quando studiosa inuentus
 95 Chumacero uictor nota conclamat in urbe.
 Et palman tribuit Carrillo saepe merenti.
 Perque forum, uiscosque, uias per templa, per aedes
 nil aliud resonat clarissima nomina praeter,
 laudibus inmmensis omnes super astra ferebant,
 100 inque peristylliis sonuerunt nomina passim,
 est ubi saepe datus plausus, quem reddidit amnis
 gurgite qui flauo doctam perlabitur urbem,
 ad cuius ripas, reparauit imago iocosa.
 Quid mirum? est numerus frages consumere natus.
 105 Carrillo? aut forsane corpus sine pectore fertur?

- Sunt aut illius fratres sine nomine uulgus?
 Vnquam tres fratres similes Salmantica uidit?
 Non equidem patriae moueor communis amore,
 nec palpor uobis, quae sunt uerissima, dixi.
 110 Audax gens patriae, studiisque asperrima belli,
 pulueris, atque famis, solis, patiensque laboris,
 non timet aestatem, curat sed membra calore.
 Occultant quando uirides spineta lacertos,
 assidue et raucis resonant arbusta cicadis,
 115 decoquit et flauas insana Canicula messes,
 per syluas, agros, colles incendit et altos,
 et detecta caput laetissima carmina dicit.
 Ignauos iuuenes imitatur patria nunquam
 Alcinoi, exercet grato sed membra labore,
 120 insomnisque trahit per longae tempora noctis,
 non curatque cutim, non tradit membre sopori,
 dormiat integras ut noctes, causa quietu
 est tamtum, ut possit seruari uita salute.
 Vix geminae portae belli referantur, et hosti
 125 vix bellum infertur, tacitum dat tessera signum,
 cum patrius miles galeam rapit, atque trilem
 loricam induitur, laterique accommodat ensem,
 corripit atque hastam ualidam, quassatque trementem.
 Nom timet armorum strepitum, clangorque tubarum
 130 commixtus lituo grato non displicet illi.
 Signifer ante sua signum uix sede reuellit,
 cum prior et clamans densos inuadit in hostes,
 irruit et gladiis strictis, mucrone corusco,
 principium pugnae iaculumque emittit in illos.
 135 Aut pedes aduersos uadat moriturus in omnes,
 aut spumantis equi quatit calcaribus armos.
 Ille fuga Parthum fidentem uinceret armis,
 torquentem uersis et equis post terga sagittas.
 Martem non metuit, Martem sed uadet in ipsum,
 140 si Mars ausus erit patriae concurrere genti.
 Non mirum, in patria firmat uestigia plantis
 vix puer, atque facit nucibus quaecumque relictis,
 siuit perque uias equitare in arundine longa,
 audax indutus galeam cum subripit enesem,
 145 aerea pelta manus armat, sea subere facta,
 et quando in medio uoluuntur sidera lapsu,
 corpora cum dulcem carpunt et fessa soporem,
 et Syluae uirides, atque aequora dira quiescunt,
 incutiunt quando tacitaeque silentia noctis
 150 terrorem magnum, totum nox occupat orbem,
 ense leuis nudo totam lustrauerit urbem,
 atque animo fidens tentauerit omne periculum,
 talibus ex pueris, fuerint cum pluribus annis,
 qualis erit miles?

- 155 Legifera atque Ceres patrios non deserit agros,
soltitiis quando pluuias ex fontibus arcus,
cornibus exhaurit, ueniunt hyemesque serенаe,
luxuriant segetes ingentia pondera spicae
uix sufferre ualent granorum, Gargara cedunt
- 160 tunc agris patriis, pinguissima Lydia rura
cedunt, praeterea Larissae campus opimae,
palmite de nostro patrio quae carpitur uua,
tentatura pedes, linguam uinctura loquacem,
effluit unde nota Bacchus meliore notandus,
- 165 cum quo non possent cellae certare Falernae,
non glacies laedit Bacchum, Cereremque, Mineruam,
nec nebulae, dira tunduntur grandine nunquam.
Autumnnum uarium fas est hic cuique uidere,
omnis enim generis dependent arbore poma,
- 170 maliferos hortos coluit Pomona feraces,
aurea mala quidem credo legisse parentum
nostrorum ex hortis Veneremque, Hippomenique dedisse,
uelocem ut cursu Scheneida uincere posset.
Agricolae quando redeunt ad limina, coniux
- 175 castior interea raptis cuiusque Sabinis
iam uariis epulis mensas oneravit abunde.
Coniugis aduentum lignis ardentibus ante
instruit atque focum, frigent si tempora brumae,
sedula quem spectat, non res quia gratior ulla.
- 180 Adque focum caenant, communia pignora grata
stant mensam circum, non desunt mitia poma
post coenam, ficus passae, non pensilis uua,
castanae molles, multae nascuntur ubique,
sunt satis atque nuces, est quarum copia magna,
- 185 dum gaudent uario noctem sermone trahentes,
frigora dissoluunt, (raro et si tempora frigent)
ligna reponentes, ardet tunc plurimus ignis,
nam Boreae tantum curant et frigora, quantum
aut numerum lupus, aut ingentia flumina riuos.
- 190 Interea coniux non cessat, lumine longo
ante manus penso exercet, tenuique Minerua,
adiuuet ut dulces paruosque educere natos,
atque uiri possit castum seruare cubile.
Vir quicquam narrat carus si forsitan, illa
- 195 luminibus fixis pendet narrantis ab ore.
Tam locus aptus equis, et tantae prodigus herbae
est campus spatiis planis porrectus, ut Argos
illis non fuerit melius, non aptius atque.
Sunt et equi glauci, patriae uidere Mycenae
- 200 non alium, melius tollat qui crura per auras
ardua, et Eleas potior qui lustret arenas,
hinnitu Martem indomitum qui terreat, ignem
ingentem patulis uoluat sub naribus, atque

- gaudeat in stabulis fraenos audire sonantes,
 205 hinniatur et lituos patiens tellure gemente.
 Non Saturnus equis patriis perniciosior atque,
 quando factus equus totum repleuit acuto
 Pelion hinnitus aduentanti coniuge quondam.
 210 Cillarum hic ortus, domuit quem Castor habentis,
 Martis equi, atque illi, curru quos iunxit Achilles.
 Atque puer patrius melius, quam Castor, equorum
 quilibet instructus cursu regit ora lupatis
 fraenis, ac melius domitor quam Picus equorum,
 quem coniux in aemum Circe (mirabile dictum)
 215 aurea conuertit, sparsitque coloribus alas.
 Impedit alternos orbis puer orbibus omnis
 delphinum similis Neptuni regna tenentem,
 cum ludunt sub aquis uerrentes aequora caudis
 caeruleis, Lapithae melius non fraena gubernant,
 220 impositi quanquam dorso inuenere priores.
 Ecce boues magnis campos mugitibus implent,
 in Syluis nostris errat quaecumque iuuenca,
 pinguior est illis, forma praestantior atque,
 quas Cacus caudis speluncam attraxit opacam,
 225 Alcides postquam uita spoliavit Iberum
 Geryonem, uaccas et lauit flumine Thusco.
 Implent et quanquam faetae mulctralia uaccas
 lactis, alunt multae binos tamen ubere faetus,
 quanto nanque magis bubulcus preserit uber,
 230 tanto laeta magis manabunt flumina lacte,
 non alias credas uaccas seruari Apollo.
 Cum feruens Titan medium conscendit Olympum,
 adueniunt umbras captatum ad flumina nota,
 et curant aestum ripa uiridante leuare.
 235 Interea patulae recubant sub tegmine quercus
 bubulci¹¹, certant uiridem fusique per herbam,
 quae sit cura bouum, pecori qui cultus habendo.
 Post inter sese gaudent certamine misso,
 quisquis et obloquitur septem discrimina uocum
 240 bubulcus¹², uariis numeris et carmina dicit
 blandius Orpheo, quamuis hic sedibus imis
 ausus sit fretus cythara, fidibusque canoris
 Eurydicen caram superas arcessere ad auras.
 Alternis quatiunt pedibus terramque, uidere
 245 tunc Satyros credas saltantes, quisque mouetur
 ad numeros saltans Carrillo more Bathylli.
 Atque alii campis exercent membra palaestra
 gramineis magnae succensi laudis amore,

¹¹ Una mano anónima ha trocado el término *bubulci* por el de *Pastores* mediante la adhesión artificial al texto del correspondiente recorte. Tal vez por razones métricas: *bubulci* / *pastores*.

¹² *Idem supra: bubulcus / illorum.*

- atque ultro cupiunt uitam pro laude pacisci.
 250 Pars et contendunt longi certamine cursus,
 est aliquis similis Volsca de gente Camillae,
 qui uelox uolitet segetis per culminae summae
 intactae, teneras plantis nec frangat aristas,
 audeat atque pedum uentos praeuertere cursu,
 255 pars iaculum expediunt trans finem uiribus ingens.
 Non desunt tauri, plures armenta sequuntur,
 mugitu reboant syluae, uentosque lacessunt
 ictibus, et pedibus non cessant spargere arenam.
 Pascuntur multi, Neptune, et pulcher Apollo,
 260 te digni, truncos feriunt qui cornibus, atque
 obnixa truncis irasci in cornua discut.
 Temporibus nostris esset si forsan, ut olim,
 acturus currum Capitolia uictor ad alta,
 hinc sacras taurus pulcherrimus iret ad aras.
 265 Si reges essent iuncturi faedera porca
 caesa, non desunt praestanti corpore multae,
 triginta teneant quae faetus ubera circum,
 unde Iouis plures fregere sub arbore porci
 glandes, quam ueniunt uolucres, cum frigida bruma
 270 frigoris ad terras causa dimittit apricas,
 aut quam lapsa cadunt folia olim, frigora magna
 cum syluas nudant illis Aquilone sonante,
 qui uix stare queunt pedibus pinguedine magna,
 hanc quondam Graii tenuere oracula certa,
 275 atque corona datur, ciuem qui caede tuetur,
 et primi uesci mortales glande solebant,
 donec Diua Ceres glandem mutauit arista.
 Agni per syluas errant cum matribus, atque
 pressabit palmis ouium non ubera frustra
 280 pastor, bis quamuis illas mulgeret in hora,
 sunt Syluae pingues, sic faetae lactis abundant,
 et premitur pinguis Carrillo caseus, atque
 inuenies pressi lactis magalia plena.
 Candidus est aries, sunt candida uellera nostra,
 285 quae fieri debent, Mylesia uellera quanti.
 Albior hinc melior lana est, pretiosior atque
 illa, qua Deus Arcadiate te, Luna, fefellit.
 Pendentes capras hirtas de rupe uidebis,
 pars cytisum tondent, salices pars carpit amaras,
 290 uber distentum referunt et faetibus, unde
 inscius herbarum ueniet pinguissimus haedus,
 et plus lactis habens, quam sanguinis, ille tenellas
 inclusus nescit uirgas mordere salicti,
 et magis ut tendant nostris in montibus uber,
 295 non opus est falsas herbas, lotumque frequentem
 ipse feras stabulis, quamuis fit dogma Maronis,
 sufficit in nostris Syluis errare capellas,

ubera quo possint semper distenta referre,
 Medorum nequeunt nostris contendere syluis,
 300 non nobis aestate recens, non frigore deficit
 lac semper patriae plenae sunt lacte capellae,
 non errant plures Siculis in montibus agnae,
 nec caprae plures, nostris quam montibus errant.
 Tot sunt, ut credas terram erupisse parentem,
 305 ne mirere, parens quoniam peperisse gigantes
 fertur, qui superis ausi sunt pellere regnis
 Coelicolas, quando totum tremefecit Olympum
 montibus imponens montes Titania pubes.
 Atque sero catulos pastores pascere curant
 310 ueloces, Spartae similes, similesque Molossi,
 ne stabulis noceant fures in tempore noctis,
 ne lupus insultet pecori, neque pinguibus haedis.
 Longius et resonant Syluae latratibus horum,
 inuia quam uiuis latratu regna trifauci
 315 personat obscuri Ditis cum ianitor Orci,
 est quia Maiori pecudes defendere curae,
 nam quamuis fures medicatis frugibus offam
 obiiciant, spernunt, non illi guttura pandunt,
 inuigilantque gregi, dum pastor nocte quiescit,
 320 per totam latrant, somnus non occupat artus,
 non dominus pecudum melius defenderet illas.
 Non apibus desunt flores, non lilia multa,
 sunt campi similes semper florentis Hymetti.
 Est thymus, atque libanthis, sunt multa salicta,
 325 sunt casiae, et tiliae, atque Hyacinthi, nectare dulci
 his mediis implent cellas, et Daedala tellus
 submittit flores alios, frangantia mella
 stipant, atque leui sonuerunt rura susurro,
 qui tibi iucundos somnos suadebit inire,
 330 inuidet Hyblaeis apibus non patria nostra.
 Assuetae ripis uolucres, et fontibus, hortis
 ingeminant cantus uarios, quibus aethera mulcent
 dulciter et resonant Carrillo flumina opaca.
 Exercent linguam dulcem nam suaui acanthi,
 335 duplicat et ueterem cantu Philomela querelam,
 quam sequitur Progne pectus polluta cruore,
 auditurque gemens excelsa turtur ab ulmo.
 Perdices multae dependent gutture captae.
 Nec desunt Veneris faecundae cura palumbes.
 340 Decepti uisco turdi capiuntur edaces.
 Setigeri excelsis descendunt montibus apri.
 Prospicies leporum magnas per ruta cateruas.
 Nascitur illa arbor, Thrasybulus tempora cinxit
 que quondam, ut patriis hostes depellit Athenis,
 345 unde satis premitur donum perpingue Mineruae,
 colles mirabuntur oliui feramque Matuscam

non nostri, pinguis nam campus abundat oliuae.
 Tu posses etiam teneram, Syluane, cupressum
 carpere, qua summum lenires ipse dolorem,
 350 haec funesta olim procerum monumenta tegebat,
 effigiem metae nobis atque indicat illa,
 et sine tractandos aliquo discrimine cunctos,
 illius est index, qui iactat inania uerba.
 Nascitur Alcidae gratissima populus arbor,
 355 euincti Salii ramis et tempora magnas
 Herculeas laudes dixere altaria circum,
 et bicolor monstrat noctem, tempusque diei.
 Sunt hederæ uirides Carrillo praemia doctæ
 atque tuæ fronti, merito quas ipse mereris,
 360 namque hederis dignum tu condis nobile carmen.
 Est laurus uictrix, uenturi praescia, laurus
 subdita puluillo (si forsan credere dignum)
 somnia uera facit, laurus fert signa salutis,
 olim uictoris Romani tempora cinxit.
 365 Plurima nascuntur, desintque tonitrua quamuis.
 Tubera quæ fuerant summo quaesita labore
 Romanis, mensis quæ poma secunda tenebant,
 boletos primos, est quorum copia tanta,
 ut possit multos reperire Valentia nostra,
 370 sed nihili fiunt, pauper contemnit, egenus,
 Claudius hos auide quamquam prandebat, et aeger
 edit, sed pransis quicquam non amplius edit.
 Asparagos carpit teneros et plurima turba,
 quos uehit ad populos multos, urbesque propinquas.
 375 Atque nouis nuptis non poma Cydonia desunt,
 quæ tribui perhibent doctum iussisse Solonem.
 Atque rosas teneris manibus pulcherrima uirgo
 carpit, sunt passim permulta rosaria, Paesti
 qualia dicuntur biferi tenuisse colonum,
 380 contextit sertum uariis et floribus illa,
 in campis nostris multos fert terra soluta.
 Pulegiumque legunt pastores uallibus imis,
 Heraclitus eo turbam sedauit Athenis.
 Essent si Fauni, pulchrae Nymphaeque puellae,
 385 hi colerent lucos habitarent fontibus illae,
 sunt quia aquae dulces, uiuoque sedilia saxo.
 Per uirides campos discurrunt flumina sacra.
 Est olerum multum, tellus dat plurima sponte,
 quod satis ad uictum, patriae nil denique deit.
 390 Plurima carminibus taceo, quæ digna referri
 sunt, sed non ualeo percurrere singula, namque
 mecum habito, et nosco quam sit mihi curta supellex.
 Ergo armentorum, frugum, pecudumque, uirorum
 mater magnanimum, carissima patria, salue,
 395 parce mihi que potens armis, atque ubere glebae,

parcite uos, patriae colitis qui moenia, quando
 ausus sum breuiter res uestras dicere, parcas
 et mihi Carrillo supplex cum fratribus oro,
 res ego non ualeo longum diffundere in aeuum
 400 uestras, nec possunt incondita carmina tantum,
 ante unum uereor, ne perdant carmina laudes,
 et sic uela traho, terris aduertoque proram.
 Cesso igitur; uiuas Carrillo secula plura,
 praescia uenturi quam olim longaeua Sibylla,
 405 et tecum regem Pylum felicibus annis
 uincant felices fratres, tu patria felix
 fratribus hisque tribus gaudeto Valentia nostra.

II

Antes de 1633 no tenemos constancia de que se publicara poema alguno de Diego López. En este año, sin embargo, el emeritense Bernabé Moreno de Vargas saca a la luz pública su *Historia de la ciudad de Mérida*¹³, obra pretenciosa desde los preliminares mismos, pues siguiendo el gusto de los escritores contemporáneos, el autor acumula en cinco folios nada menos que trece composiciones laudatorias de su persona y obra. Entre todas ellas, tanto latinas como castellanas (sonetos, décimas y romances), destacan los veintiún dísticos elegíacos que Diego López firma como profesor público en Mérida de lengua latina y letras humanas¹⁴.

DIDACI LOPEZ LATINAE LIN- / guae, ac humanarum literarum Emeritae publici / Professoris, in Authoris, operum- / que laudem.

Reddiderat notum toto cultissimus Orbe,
 quem depronstisti nobilitate liber;
 est opus id proprium, mansurum plurima saecula;
 nam procul a dubio fama perennis erit.
 5 Quam bene conueluens ueterum monumenta Moreno
 praeclare egisti nobilitate uirum.
 Hoc opus esse tibi seruatum nempe uidemus,
 ingenio dignum, Marte, labore tuo.
 10 Fas sibi suscipiant humiles, quod nomine dignum,
 alto tu cretus sanguine digna tuo.

¹³ HISTORIA / DE LA CIUDAD / DE MERIDA. / DEDICADA A LA MISMA, / POR BERNABE MORENO / DE VARGAS, REGIDOR / PERPETUO DELLA / Año 1633. / CON PRIVILEGIO. / EN MADRID, / POR LA VIUDA DE ALONSO / MARTIN. [22], 336 folios, 4º (21 cm). Ejemplar SI/10317 de la Biblioteca Pública de Cáceres. *Editio princeps*. El poema de Diego López en el f. [5]. En los últimos folios de la obra (322v-324v) el autor ofrece una serie de escritores nacidos en Mérida, citando las obras que hasta la fecha escribió cada uno de ellos, incluso las aún no publicadas. En esta lista no aparece el nombre de Diego López.

¹⁴ Tras su estancia en Cáceres, Santo Domingo de la Calzada y Toro, Diego López se trasladó a Mérida, en donde residió al menos desde 1631 hasta 1642. Cfr. José Antonio Izquierdo Izquierdo, art. cit.

Dicitur ex claris Murenis esse Morenos
 ortos, et clarum concelebrasse genus.
 Non hoc contentus longum diffundis in aeuum
 egregiae Patriae gesta superba modo,
 15 inter quae quondam tantum caput extulit urbes,
 uimina quantum inter populus alba solet,
 ut tauris armentis decus, ut sunt uitibus uuae,
 sic decus Patriae, sic decus atque tuis,
 illis praeluces, Patriamque extollis ad astra,
 20 quae praestans, ingens, altera Roma fuit.
 Et uarios edis casus ab origine prima,
 et quae signarunt eius aratra solum.
 Augustam ueteres dixere, quod inclyta primo
 Augusto aurigo condita Roma fuit,
 25 ast ego credidero diuino numine flatos,
 namque Augusta sonat religiosa loca.
 Occupat haec Nunctus, Paulus, Massona, Fidelis,
 praestantesque alii religione uiri.
 Occupat Eulalia, et Virgo pulcherrima uita,
 30 quae Patriae, atque Vrbi praesidet alma tuae.
 Hoc opus illius laudes resonare uidemus,
 et Patriae laudes pagina quaeque sonat.
 Pro tantis studiis, tantis pro rebus et ipse
 proque labore tuo praemia digna feres.
 35 Persolues grates dignas, quae praesidet Vrbi,
 namque erit illa tui tempus in omne memor.
 Grata tuis Patria atque amarantho contenet urnam,
 est tibi nonumquam quod periturus honos,
 omnes si Patriae multum debere fatentur,
 40 quam sibi tu debes, plura Moreno tua.
 Non igitur mirum, si quae spectacula nato
 Vrbs Stagirae fecit, fecerit illa tibi.

III

Distinta suerte a la de las anteriores composiciones ha padecido la obra que Diego López publicó con el título de *Daphnis ecloga*, en Salamanca, apud Hyacinthum Tabernier, en 1637. Al contrario de lo que sucede con la *Epistola de laudibus Valentiae Ordinis Alcantarensis* en la actualidad no se conoce ningún ejemplar de esta obra. Tanto es así que aparece incluso en el *Repertorio de impresos españoles perdidos e imaginarios*¹⁵. No estamos, sin embargo, ante una más de las múltiples publicaciones ficticias recogidas en este catálogo, pues la reseña mínima de Nicolás Antonio¹⁶ y fundamentalmente la nota que Bartolomé José Ga-

¹⁵ Madrid, tomo I (1981), p. 237, ficha 3570.

¹⁶ *Op. cit.*, *ibid.*, *supra* n. 5.

llardo le dedica en su *Ensayo de una biblioteca española de libros raros y curiosos* avalan la existencia cierta de esta obra, al menos hasta los tiempos del bibliógrafo extremeño¹⁷. Precisamente la noticia proporcionada por Gallardo, única referencia con la que hasta hoy contamos¹⁸, comprende una exposición generosa que permite reproducir tanto la descripción del volumen como algunos pasajes del texto incorporados fragmentariamente al *Ensayo*. Así, según Gallardo, se trata de un volumen en 4.º, con 16 páginas, cuyo núcleo lo constituye la composición que le da título, *Daphnis ecloga*, precedida de sendas dedicatorias una a Pedro León Coraxo, de la que entresaca los versos siguientes

*Decus nostrae patriae Coraxo
splendor illius, Procerumque magnae
quos micat inter, uelut inter astra
igneae Phebus...*

y otra *ad lectorem*, ésta última en prosa. Los preliminares concluyen con siete versos latinos que desconocemos, al igual que las tres composiciones que cierran el volumen: «a la Natividad del Señor, al Corpus Christi y a Santo Tomás de Aquino».

En lo que atañe directamente a la *Daphnis ecloga* es preciso advertir que los textos recogidos por Gallardo y que a continuación reproducimos presentan ciertas coincidencias con algunos pasajes de la *repetitio* presentada en 1642 ante el claustro universitario de Salamanca por el Maestro Antonio Álvarez Valverde, catedrático de prima de gramática¹⁹. Esta *repetitio* canta también en hexámetros a la manera de una égloga el *Daphnis obitus et coronatio Menalcae*, tomando como modelo la égloga V de Virgilio. En este sentido observamos coincidencias parciales tanto en situaciones y temas como en la *personarum expositio*, pues en ambas obras *Daphnis* y *Menalca* son trasuntos respectivos de Sánchez de las Brozas y Diego López. No obstante, el tratamiento literario practicado por Álvarez Valverde es distinto al de Diego López, por ello, y dado el carácter fragmentario con que se nos han transmitido los textos de la *Égloga* de Diego López, no cabe hablar sino de dos versiones distintas de un mismo modelo clásico, realizadas ambas en alabanza del Brocense y su discípulo dilecto, Diego López de Valencia de Alcántara.

Daphis / ecloga. / Auctore / Didaco Lopez / Humanarum litera / rum Professore. / ad / Dominum Petrum Leon / Coraxo, Maioris Collegii Conchensis

¹⁷ Madrid, Imprenta y Estereotipia de M. Rivadeneyra, tomo III (1888), pp. 420-422 (reed.: Madrid, Gredos, 1968)

¹⁸ Hemos consultado sin éxito los siguientes repertorios bibliográficos: Antonio Palau y Dulcet, *Op. cit.*; Francisco Vindel, *Manual gráfico-descriptivo del bibliófilo hispano-americano (1475-1850)*, Madrid, 1930-1931; Marcelino Menéndez Pelayo, *Bibliografía hispano-latina clásica y Biblioteca de traductores españoles*, Santander, 1953; José Simón Díaz, *Op. cit.* Vicente Barrantes lamenta en brevísima nota la pérdida de esta composición: *Catálogo razonado y crítico de los libros, memorias, papeles, impresos y manuscritos que tratan de las provincias de Extremadura*, Madrid, Imprenta y Estereotipia de M. Rivadeneyra, 1865, s. v. «Brozas».

¹⁹ El texto íntegro de esta composición está recogido en la *Biografía del Maestro Francisco Sánchez, El Brocense*, por el Marqués de Morante (¿Raimundo de Miguel?), Madrid, 1859, Apéndice, nota V, pp. 128-136 (reed.: Cáceres, Institución Cultural «El Brocense», 1985).

Collegam / in inclyta Academia Salmanticensi Iusti / nianei codicis primarium antecessorem. / Cum licentia. / Salmanticae, apud Hyacintum Tabernier. / Anno. M.DC.XXXVII.

Argumentum

Menalcas, Tityrus, Thyrsis Daphnidem deflent, qui pro Magistro ... Brocensi accipitur; Tityrus N. ... Balthasarem de Cespedes generum ... uero Magistrum Balthasarem de C. ... linguae latinae Humanarumque Litterarum in inclyta Salmanticensi Academia meritissimos Primarios; Menalcas autem ipsum auctorem refert.

Menalcas, Tityrus, Thyrsis

Tityrus et Thyrsis pecudes bene notus uterque compulerant, Thyrsis capras, et Tityrus agnas...

Tityrus

Venisti ad tempus nobis, oh care Menalca,
nobiscum ipse sinum lacrimis replebis obortis,
[5] Daphnis enim superas...

Thyrsis

... atque hominum mores, ritus et sacra uetusta,
magnanimosque Duces, populus et tristia bella,
atque Magistratus Urbis, sacrasque secures,
regibus exactis, leges et iura triumphi
[10] plenius ante omnes facundo ex ore canebat.
Saepius humanae uitae de moribus egit...
Multoties ueterum recolens monumenta uirorum
instruxit Daphnis Iuris, legumque peritos,
fontibus exhauit Graecis, artemque medendi.

Tityrus

Vincebat latios nullo discrimine Vates,
carminaque scripsit, sunt et dignissime cedro,
quam bene tornatum condebat amabile carmen;
[15] artibus in cunctis instructus denique Daphnis ...

*«NOTA A LA POESÍA LATINA DEL HUMANISTA EXTREMEÑO
DIEGO LÓPEZ: LA EPISTOLA DE LAUDIBUS VALENTIAE ORDINIS
ALCANTARENSIS Y OTROS TEXTOS».*

Luis Merino Jerez.

We present in this article the humanist Diego Lopez's latin poetry, Sánchez de las Brozas (*Sanctius*) pupil. We record entirely all the conserved texts. We also add a brief bibliographic note about the volumes we have consulted.